

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Consuetudo c
cum fonte primo

In dolore paries filios.

(Gen. 3:16)

Verum est sacramentum huius sententie
quod nulla abstinenzia fit a voluptate carnali
que non habeat in exordio dolorem,
donec in meliorem partem consuetudo flectatur.
Quod cum peruererit quasi natus est filius,
id est ad bonum opus paratus effectus
per consuetudinem bonam;
que consuetudo ut nasceretur
cum dolore reluctandum est consuetudini male.

Augustinus de Genesi contra Manicheos libro II.

Verumtamen magnum sacramentum est huius sententiae,
quod nulla abstinentia fit a voluptate carnali,
quae non habeat in exordio dolorem,
donec in meliorem partem consuetudo flectatur.
Quod cum provenerit, quasi natus est filius,
id est ad bonum opus paratus affectus
per consuetudinem bonam.
Quae consuetudo ut nasceretur,
cum dolore reluctatum est consuetudini malae.

Augustinus Hipponensis, *De Genesi contra Manichaeos*,
2.19.27 (CSEL 91, D. Weber ed., pp.150-1, ll.10-16).